Iustinianus <Imperium Byzantinum, Imperator, I.>: Corpus Ivris Civilis Ivstinianei (Band 4): Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Imp. PP. Avgvsti, Repetitae Praelectionis Libri Duodecim
Lyon, 1627 Seite 1083



a ¶ *Solemnitatē* aliàs obtinet quod est ℨ *si cert. pet. l. si non singuli.*
α ¶ *Causa non secuta.* Hoc, si malis datum repetere, quam act. præscript. verbis consequi id quod interest. CVIAC.
b ¶ *Potes.* vt & ℨ. *eo. l. quoniam.* & ℨ. *de condict. ob causam. l. ea lege.* & *l. dictam.* & *infr. de dona. l. legem.*

EA lege.] CASVS. Si dedi fundum vt annuatim dares mihi decem corbes frumenti, vel quolibet mense vnum corbem: si placitis non obtemperes, agam præscript. verb.
¶ Vide scripta ad *l.* 16. ℨ. *de fide inst.* CVIAC.
c ¶ *Substantia.* i. ipsa lex dicta rebus propriis rei traditione muniatur. AZO. vt & ℨ. *eo. l. rebus. cum suis concord.* & *l. de cuictio. l. y.* Et not. quod refert cũ aliquid do vt aliquid facias: quia aut aliàs eram daturus, & tunc nulla cõpetit: vt *ff. de dona. l. ij in fin.* & *l. seq.* aut non. & tunc vel condictio ob causam ad repetendum datur, vel præscriptis verbis, vt fiat quòd cõuenit, vel interesse præsterur.
d ¶ *Competit.* vt *hic*, & dixi ℨ. *de pact. inter empt. l. cum te.*

Igitur cùm fruméti certam modiationẽ Callimacho & Acamato te dedisse, vt tibi repræsentẽt olei designatum pondus, adsequeres: si placitis citra stipulationis solemnitatem [a] non exhibeant fidem: quantum dedisti, causa non secuta [α] condicere pro desiderio tuo potes [b].

Ex condictione ob causam finalem, oritur præscriptis verbis. Item habet locum condictio ob causam tanquam in contractu innominato: secus si causa sit impulsiua. hoc dicit text. cum gloss. & not. hanc le-

DE LOCATO, & conducto.

Quia locatio ad similitudinem emptionis est inducta: ideo de ea ponit post venditionem.

¶ Cur hic tit. hoc loco situs sit, vide scripta & not. *ad pr. tit. prox. præced. suprà.* CVIAC.

DOminus.] CASVS. Locaui tibi horreum vt in eo frumentum tuũ reponeres: reposuisti, & latronũ incursu vel alio fortuito casu amisisti, putà quia horreum non erat clausum. periculum rerum repositarum ad me non pertinebit. Sed si non fractis vel nõ læsis horreis, dominus horreorum tenetur.
β ¶ *Periculum vis maioris.* Casus fortuitus est, qui præuideri, præcaueri, cui resisti non potuit. Furtum non est casus fortuitus, vt nec effractura. CVIAC.
c ¶ *Latronum.* qui effractis horreis surripuerint ibi posita.
γ ¶ *Præstare non cogitur.* Idem seruatur in deposito interueniente mercede. CVIAC.
δ ¶ *His cessantibus.* & aliis similibus casibus fortuitis qui [a] non præstantur hic: vel simili alio iudicio bonæ fidei: vt *hic*, & *ff. eod. l. dominus. in prine.* & *l. ex conducto.* §. *j.* & *l. perinde.* & *l. sed* & *de damno.* & *l.* & *habitatores.* & ℨ. *de pig. act. l. quæ fortuitu.* & *depos. l. j.* & *ff. commo. l. ad eos.* & *ff. de actio. empt. l. si ea res.* Sed hoc casu debet exhibere custodes: vt ℨ. *eod. l. iv.*
g ¶ *Extrinsecus.* id est, non vitio ipsarum rerum depositarum.
ε. Vel dic, id est, extra has causas, fortuitorum scilicet casuum. Et dic mercede, scilicet interueniente, secundùm Iren. vt *ff. eod. l. qui mercedem.*
h ¶ *Illæsis.* Per quod præsumitur dominus in culpa prima facie, scilicet eius culpa periisse res. Et distingue hic secundùm Ioan. vt diximus *ff. eo. l. dominus.* ¶ Item nor. quod dicitur vulgo, scilicet an quid de suo perdiderit, qui rem commodatam vel depositam perdidit. pro quo est *ff. commod. l. si vt certo.* §. *quod verò.* ACCVRS.
i ¶ *Depositarum.* id est, positarum in dictis horreis. nec enim fuit depositum, imo mercede data dominus horreorum retinet dictas merces in horreis suis. & sic fuit locatio, non depositum: vt *ff. depos. l. j.* §. *si quis forum. in secundo dicto.* Si verò ecoptrà depositum, tunc tenetur de solo dolo & lata culpa: vt ℨ. *depos. l. j.* nisi in certis casibus qui not. *ff. depos. l. j.* §. *sæpe.*

ADuersus.] CASVS. Si faber opus faciendum à me conduxit, nec præsito sibi mercedem operæ: aget ex conducto ad interesse. Sed nunquid venient vsuræ ex mora sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis? Respond. quòd sic.
k ¶ *Conduxisti.* conductor dicetur nomine ædificij: & eiusdem ratione dominus dicitur locator. Item conductor dicitur dominus rationẽ operæ: & faber locator ratione eiusdem operæ: vnde faber potest agere ex locato & conducto ad mercedem, diuersis respectibus. sic & *ff. ad leg. Rho. de iac. l. ij. circa prine.*
l ¶ *Eo iudicio.* scilicet ex conducto, quod est bon. fid. vt *hic*, & *Instit. de act.* §. *actionum.*
m ¶ *Cum vsuris.* mora intercueniente, vel alia simili causa. & ad hoc ℨ. *de vsur. l. in bonæ fidei.*
ð ¶ *Cum vsuris.* Adde etiam in actione ex locato venire vsuras ex mora: nam merces petitur aliàs actione ex locato, aliàs ex conducto, vt & vsus rei, siue res. Sed in eam venit id quod interest, non vsura. CVIAC.
n ¶ *Solitis.* id est [a], quæ in regione frequentantur: vt *ff. de vsur. l. j. in princ.* & *ff. de administrat. l. tutor qui reperto-rium.* §. *ex cæteris.* dummodò legitimum modum non excedant, quem habes *suprà de vsur. l. eos.* §. *super.*
¶ Sed iste [b] qui sic locauit operas, quando poterit mercedem petere: Respond. finito opere vel tempore: vt *ff. eod. l. opus quod.* secundùm Bal. sed illud quando suo periculo conduxit. vnde quando non suo periculo conduxisset, posset dici ecõtrà: vt arg. ℨ. *de iud. d. properandum.* §. *in honorariis.* at in pẽsione domus vel fundi dices ℨ. *l. proxi.* ADDITIO. Tu dicas quando [c] quis locat operas suas ad faciendã totã domũ vna mercede, inspiciendã qualitatẽ personæ: putà si sit fortè locator pauper, qui non posset totã domũ perficere, nisi minuatim des sibi pecuniã: tunc enim videtur tacitè actũ, vt etiã ante opus perfectũ sibi pecuniã minuatim præbeas, ar. *l. si verò nõ remunerãdi.* §. *fi. ff. mãda.* idẽ si cõsuetudo sic esset: vt *l. quòd si nolit.* §. *qui assid. ff. de admi. edi.*

ÆDe.] CASVS. Si domum tuam mihi locauerim tibi inuitum expellere possis, quæritur? Respond. quòd non, nisi in solutione pensionis domus cessauerim: vel eam habitare voluerit, vel reficere: aut in domo malè fuerim versatus, putà destruendo parietes, vel tectum.
ι ¶ *Ædes.* Non possunt ab contractu discedere, nisi re integra. Res autem videtur integra intra annum. *l. penult.* ℨ. quæ Græca est, & deest. Vide scripta ad fin. huius tit. CVIAC.
o ¶ *Ædes.* [c] id est, de ædes. vel id est, ædis. sic & ibi [d]: Sermonem quem audistis non est meus. alij habent, *insula.*
ζ ¶ *Si pensionem.* Ergo si non inferat pensiones, conductor potest expelli. *l. 10.* §. *vlt. ff. de publ.* Hoc ita nisi malit locator vsuras accipere. Sed vsuræ currunt statim ex mora. Ius eiiciendi est demum post biennium. *l. quæro*, §. *inter. l. cum domini*, *ff. eod.* Emphyteuticarius expectat triennium. CVIAC.
p ¶ *Pensionem.* in pecunia consistentem. aliàs si partiarius est, vel in alia re consistat merces, agitur pro socio, vel præscriptis verbis: vt *ff. depos. l. j.* §. *si quis seruum.* & *ff. loca. l. si merces.* §. *vis maior.* & *ff. communi diui. l. si conuenerit. in fin.*
q ¶ *Insolidum.* nam particulariter non sufficit: vt *ff. de vsu. l. tutor.*

DE LOCATO, ET CONDVCTO.

TITVLVS LXV.

LOcationis & conductionis contractus est etiam similis emptioni & venditioni, vt permutatio: quod variis exemplis demonstrari potest, quæ quia nota sunt, relinquo. Locatio est mutatio vsus, vel fructus, vel operæ cum pretio. Vsus in domo, fructus in fundo, operæ in homine. Et rursus inter hæc duo genera locationis differentia est. nam qui dat aliquid vtendũ vel fruendum, precium accipit, qui dat aliquid faciendum, precium dat, & vterque tamen dicitur locator, qui dat vtendum fruendum vel faciendum: conductor verò qui accipit. Et qui faciendum, plerumque etiam arram accipit, qui vtendum vel fruendum, arram neque accipit, neque dat, sed pretium aliquando pro mutuo. CVIAC.

Locator horrei nõ tenetur de casu fortuito vel violento: sed benè tenetur de culpa præsumpta. BALD.

1. *Imp.* ANTONINVS A. *Agrippino.*

DOminus † horreorum periculũ vis maioris β, vel effracturã latronũ c, conductori præstare non cogitur γ. His cessantibus δ, si quid extrinsecus g ex depositis rebus, illæsis h horreis, perierit: damnum depositarum i rerum ei resarcire debet.

Faber qui præstitit operam, & non recepit mercedem, petet mercedem cum vsuris. BALD. Vel sic: *In locato venunt vsuræ ex mora.* SALYC.

II. *Idem* A. *Epicteto* *.

ADuersus eos à quibus extruenda ædificia conduxisti k, ex conducto actione contendens † eo iudicio l, quod est bonæ fidei, debitum cum vsuris m & solitis n consequêris.

Inquilinus qui soluit pensionem, non potest per dominum durante locatione expelli, nisi propter necessitates domini, vel propter necessariam refectionem rei, vel culpam inquilini abutentis. h. d. not. BALD.

III. *Idem* A. *Callimorphonia.*

ÆDe ε o, quam te conductam * habere dicis, si pensionem ζ p domino insolidum q

a Solitæ vsuræ, dicuntur quæ in regione frequentantur.
* *Epicteto.*
† *consistent.*
b Locans operas suas quando potest mercedem petere.
c Quid si in emphyteusin data est. vide Marsil. *singul.* 62.
c Hunc modũ loquendi adueršus Vallem defendit Alciatus & *Parer.* d *Ioan.* 14.

a Casum non præstat conductor.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd4/0594